20 C. 21. 1

Isabel de Pano

Censal de diez sueldos de pension con docientos de propiedad pagaderos en cada un año por Joan Aznar y ysabel Ventosa conyuges vezinos del lugar de Villanueba de Sixena a los Vicario y beneffiçiados de la yglesia parrochial del dicho lugar el catorzeno dia del mes de Julio mediante carta de Graçia de poderlos luyr

Jub not ij xx S

el catorzeno de Julio

Paga Anthon Ripol assi esta anotado en los cabreos antigos

hase de dar este acto a Rippol

6-3/6

IN DEI Nomine Nouerint Vniuersi q Nos Joannes
Fluxan et elisabet Ventosa coniuges Vicini loci de Villa
noba de Fixena ambo simul et in solidum gratis et ex nra certa
ciencia certificati plenarie de iure nro et cuiuslibet nrum huius
modi serie Instri publici Vendicionis censualis cunctis tem
poribus firmiter Valituri et in aliquo non reuocaturi Vendimus
et Vendendo tradimus ac etiam assignamus Vobis Venerabilibus
Vicario et Veneficiatis dicti loci qui nunc estis et quibus pro
tempore erunt et quibus Volueritis ordinaueritis et mandaue
ritis Videlicet decem solidos denarios Jacen. censuales annua
les rendales et perpetuales Vulgariter nuncupatos de censuali
mortuo rinuda tamen percepcione sine fatica laudimio et co
misso secum omni pleno Jure et potestate illos habendi exigendi
et recuperandi anno quolibet et in perpetuum a vobis et successo
ribus nris franchos et inmunes ab omni onere et seruitute perci
piendos et habendos per vos dictos emptores in termino infrascripto
in et super omnibus bonis nris et cuiuslibet nrum mobilibus et im
mobilibus habitis et habendis Vbique quos quidem decem
solidos denarios Jacen. nos predicti Venditores promittimus
et nos obligamus dare et soluere et pacare Vobis dictis empto
ribus et quibus Volueritis ordinaueritis et mandaueritis anno
quolibet decimo quarto die mensis Julij quorum primo
solutio erit decimo quarto die mensis Julij anni millesimi quin
gentesimi et quadragesimi et deinde anno quolibet in tali
Vel simili die dicti diei absque aliqua requisicione et monestacione

quam quidem vendicionem vobis facimus precio ducentorum
solidorum denariorum Jaccensium bone monete curribilis in aragonia
Instro tamen gracie mediante illos luendi redimendi et quitandi
pro simili precio quod precium asserimus fore justum et nobis valde
utile quos quidem ducentos solidos Jaccen. pretium huiusmodi
vendicionis censualis confitemur a vobis dictis emptoribus habu
isse et recepisse in posse notarii et testium pecunia numerata. Renuncian
tes exceptioni fraudis et doli et non numerate pecunie et pre
dicti non habiti et non recepti et legi que subvenit de
ceptis in vendicionibus factis ultra dimidium justi pretii
volentes quod habeatis predicta et infrascripta ad dandum venden
dum alienandum faciendum et pignorandum ad vestras
omnimodas voluntates et temporibus etiam et si forte contige
rit dictam annuam pensionem dicti censualis aliquo vel
aliquibus annis vobis dictis emptoribus et successoribus vestris
non solvi in dicto die et termino ut supradictum est et pro ea
de causa contigerit vos aut aliquem vestrum ire aut mittere
aliquem nuncium seu procuratorem ad quecumque loca pro peten
do et recipiendo dictam annuam pensionem quod solvemus ipsi
persone aut ipsi nuncio seu procuratori qui ire eadem causa
contigerit ire laborare seu vacare sex solidos pedester et
sex equester pro qualibet die qua contigerit vacare pro
predictis. Ceterum promittimus vobis dictis emptoribus quod
faciemus vos dictos emptores habere percipere et possidere
perpetuo dictum censuale annis singulis in dicto termino

absque impedimento et contradictione cuiuscumque et quod tenebimur
et successores nostri tenebuntur et erunt obligati vobis dictis
emptoribus et successoribus vestris de firma et legitima evictione
et plenaria deffensione contra quascumque personas vobis in pre
dictis litem questionem aut malam vocem imponentes et
nihil hominus quod satisfaciemus et emendabimus omnes et
quoscumque expensas dampna et interesse quas et que vos aut
successores vestri pro ea de causa feceritis seu fecerint sus ti
nueritis seu sustinuerint quocumque modo de quibus credatur vobis
et cuilibet simplici verbo absque juramento testibus et alio quocumque
genere probationis requisito et ad omnia et singula supra
dicta et infrascripta firmiter tenenda observanda et complenda
nos predicti venditores pro solutione fienda anno quolibet
dictorum decem solidorum et pro solutione fienda supra
et infrascriptorum obligamus et hipotecamus nos et omnia
bona nostra mobilia et immobilia habita et habenda ubique
et specialiter obligamus un olibar sitio en la guerta de villa
nova en la partida llamada el romeral que confrenta con olibar
de nadal fustero y capiado de Alexandre Vela y sequia Item
una vinna sitia en la guerta de ... en la partida dicha
la chacilla que confrenta con tajado de pedro de arnego y tajado de
arnau roch y con la chacilla Item unas casas sitias en el di
cho lugar que confrentan con casas de miguel de colobos y con casas
de arnau aranit y carrera publica quorum bonorum posse
sionem volumus et pro presenti consentimus quod in quocumque casu cesat

dicte annue pensionis in termino superius ennarrato quod vos dicti
emptores et successores vestri propria authoritate et absque licencia
alicuius judicis et officialis et absque pena et calonia aliqua possitis
accipere et penes vos retinere donec fueritis de quibusvis pensio
nibus dicti censualis decursis unacum quibusvis expensis et damp
nis plenarie satisfacti vel si magis volueritis possitis et valea
tis dicta bona specialiter obligata vendere sumarie et de plano
et de precio illorum vobis satisfacere de predictis et hoc
nulla solempnitate fori necessaria observata et si dicta bona spe
cialiter obligata non sufficerint ad predicta tunc autem possitis
et valeatis habere recursum ad alia bona nostra in quibus bonis et
personis nostris possit et valeat fieri executio et compulsa etiam
si non transieritis nec feceritis primo transitum per specialiter
obligata et nunc pro tunc nos constituimus fidejussores et prin
cipales venditores dictorum specialium obligationum qui
busvis qui ratione predicta illas emerint obligando me ad
evictionem plenariam illarum et cuiuslibet illarum que ratione
predicta vendentur Insuper promittimus convenimus et nos
obligamus dare et assignare bona nostra mobilia et expedita
ad complementum omnium et singulorum supra et infrascriptorum
intus domus nostre habitationis et ubi reperti fuerimus que
quidem bona et personas nostras possint executari rigide et
potenter usque ad integram satisfactionem totius dicti cen
sualis et aliorum omnium et singulorum supra et infra
scriptorum tamquam pro re judicata et in judicio confessata

ad solam simplicem requisitionem vestri et vestrorum successo
rum per quosvis alguaziros portarios virgarios nuncios
curatores sagiones et alios quosvis officiales tam ecclesias
ticos quam seculares tam domini nostri Regis quam cuiuscumque civi
tatis ville atque loci non obstante foro dicenti quod supra sume
tarij unius Junete in aliis executiones aut captiones perso
narum facere non possunt et foro seu consuetudini quibus ca
betur quod in locis Junete executio aut compulsa per porta
rium fieri non debet et foro dicenti quod in locis qui non sunt
Junete in singularibus habeat fieri executio per judices ordi
narios ipsorum locorum et volumus et expresse consentimus
quod facta vel non facta discussione vel executione in bonis nostris
rationem dicti censualis possit procedi et procedatur ad cap
tionem personarum nostrarum et cuiuslibet nostrum et capti
detineamur tantum et tamdiu donec de pensionibus dicti
censualis et salariis sumptibus et expensis vobis et successo
ribus vestris plenarie satisfactum fuerit et non obstante cap
tione personarum possit fieri et fiat executio in bonis
ut supra recitatum existit Itaque captio personarum et exe
cutio bonorum possint simul et separatim concurrere et
una per aliam non derogetur et super his possitis variare
judicium totiens quotiens volueritis absque refusione ex
pensarum et dampnorum renunciamus in his expresse et

certa scientia foro obtervantis sive juridicenti qui prius tan-
tum dum est et sit per specialiter quam per generaliter obligata
et beneficio nove constitucionis et divi dendarum actionum
et epistole divi Adriani et pro predictis et infrascriptis dictis
et singulis dependentibus et emergentibus ex his scienter et ex-
presse nostro proprio judici ordinario et locali renunciamus et
submittimus nos et bona nostra heredum et successorum nostro-
rum juridictioni cohertioni examini et compulse serenissi-
mi domini Regis eius que locum tenentis generalis regni ara-
gonum regentis officium generalis gubernationis in eodem
regno justicie aragonum et eius locum tenentium vicarii ge-
neralis et officialis ecclesiastici regentis que officialatum
domini episcopi Illerden. et aliorum quorumcumque judicum eccles-
siasticorum et secularium quarumcumque civitatum villarum
et locorum et eorum et cuiuslibet illorum locatenentium coram
quo seu quibus ratione predicta conveniemur Insuper renunciamus
omnibus foris juribus observantiis usibus et consuetudinibus
que nobis contra premissa aut aliquid premissorum juvare possint
et vobis et vestris obesse quibuslibet modo etiam renunciamus in his
legi dicenti generalem renunciacionem non valere nisi
expressatis volentes et expresse consentientes quod in his gene-
ralis renunciatio sit tanti valoris et sortiatur omnes illos
effectus acsi in his omnibus foris privilegiis juribus legibus et li-

bertatibus et aliis nobis in aliquo faventibus esset per nos de par-
ticulariter et expresse renunciatum Et ut predicta omnia
et singula maiori gaudeant firmitate et securitate nos
dicti venditores juramus ad dominum deum nostrum super
signo sancte crucis eius que sacro sancta quatuor evangelia
domini nostri Jesu Christi coram nobis et quolibet nostrum posita manibus
nostris corporaliter tacta in posse et manibus notarii infrascripti
ut publice persone atque virtute dicti juramenti promittimus
non litigare contra vos dictos emptores aut vestros successo-
res ratione aliquorum contentorum in huiusmodi cen-
sualis publico instrumento et quod nullam specialem firmam grabami-
num factorum et fiendorum nec inhibitionem aut impedi-
mentum solutionis pentionis dicti censualis obtinebimus
aut presentabimus obtineri aut presentari faciemus nec de hiis
volumus in aliquo juvare nec exceptionem aliquam quan-
tumcumque privilegiatam tam nullitatis quam falsi alle-
gabimus allegare aut opponere faciemus ad impediendam
promptam et expeditam executionem omnium et sin-
gulorum premissorum preter quam solutionis tantum
de qua habeat constare per instrumentum publicum
per notarium publicum confectum quod fuit actum
in dicto loco de Villanoba de Sixena die decimo quinto mensis
Julii anno a nativitate domini millesimo quingentesimo tricesimo

nono presentibus ibidem christophoro de liena et bartholomeo ba
rrao scolastricis dicti loci de villanoba habitatoribus pro testibus
ad premissa vocatis rogatis pariterque et assumptis firme vero
et subscriptiones que de foro publici regni requiruntur fient
in nota originali huiusmodi instrumenti censualis

Sig+no

Num mei Jacobi torrente habitatoris
loci de sena auctoritateque regia per
totam terram et dominationem
domini nostri regis publici notarii qui
huiusmodi instrumenthum publicum censualis per quondam magnificum Petrum
del . . . habitatorem loci de villanoba de sixena auctoritateque regia
per totum regnum aragonum publicum notarium receptum et testificatum
cuius nobile prothocolla registra et scripture per curiam domini Justitie Aragonum
mihi fuerunt comisse mediante comissione mihi facta et sigillatam dicte
curie expedita que concessa et data fuit cesarauguste die decimo octavo
mensis madii anno a nativitate domini millessimo quingentessimo nonagessimo
tertio a sua originali nota partim mea propria manu iuxta forum scrip
tum extraxi et cum eadem bene et fideliter comprobavi in
quorum fidem et testimonium meo solito signo signavi

H.30.